



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Constitutiones Variorum Pontificum in praecedentibus Editionibus
desideratas, summoque studio hinc inde conquisitas complectens

Luxemburgi, 1741

23. Ad fidelium Dei, &c. De beato Francisco Solano ordinis Fratrum
Minorum, qui à regulari Observantia appellantur sanctorum confessorum
canoni per eumdem adscripto die 27. Decembris anni 1726.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74514](#)

ANNO
1726.

Ego Nicolaus Tit. sanctorum Nerei & Achillei
Presbyter Cardinalis Spinula.

Ego Georgius Tit. sancte Agnetis Presbyter
Cardinalis Spinula.

Ego Cornelius Tit. sancti Hieronymi Illyricorum
Presbyter Cardinalis Bentivolus de Aragonia.

Ego Ludovicus Tit. sancte Priscae Presbyter
Cardinalis Belluga & Moncada.

Ego Joseph Tit. sancte Susanna Presbyter
Cardinalis Pereyra de la Cerdá.

Ego Alvarus Tit. sancti Bartholomaei in Insula
Presbyter Cardinalis Cienfuegos.

Ego Bernardus Maria Tit. sancti Bernardi ad Thermas
Presbyter Cardinalis de Comitibus, major Poenitentiarium.

Ego Joannes Baptista Tit. sancti Matthaei in Merulana
Presbyter Cardinalis de Alterii.

Ego Vincentius Tit. sancti Onuphrii Presbyter
Cardinalis Petra.

Ego Prosper Tit. sancti Chrysogoni Presbyter
Cardinalis Marefusca.

Ego Nicolaus Tit. sancte Mariæ in Domnica
Presbyter Cardinalis Coscia.

Ego Nicolaus Maria Tit. sanctorum Joannis & Pauli Presbyter Cardinalis Lercarius.

Ego Frater Laurentius Tit. sancti Laurentii in Pane & Perna Presbyter Cardinalis Cozza.

Ego Benedictus sancte Mariæ in Via lata Diaconus Cardinalis Pamphilii.

Ego Laurentius sancte Agathæ ad Montes Diaconus Cardinalis de Alterii.

Ego Carolus sancti Angeli in Foro Piscium Diaconus Cardinalis Columna.

Ego Julius sancti Hadriani Diaconus Cardinals Alberonus.

Ego Alexander sancte Mariæ in Cosmedin Diaconus Cardinalis Albanus.

Ego Alexander sancte Mariæ de Scala Diaconus Cardinalis Falconerius.

Ego Nicolaus sancte Mariæ ad Martyres Diaconus Cardinalis Judge.

P. Cardinalis Prodatarius.

Pro D. Cardinali Oliverio.

C. Archiepiscopus Emissenus.

V I S A

De Curia J. Archiepilcopus Ancyranus.

L. Martinettus.

Registrata in Secretaria Brevium.

ANNO
1726.

XXIII.

De beato Francisco Solano ordinis Fratrum Minorum, qui à regulari Observantia appellantur, sanctorum confessorum canoni per eundem adscripto die 27. Decembris anni 1726.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

I.
Dei gloria in
Sanctis ejus
manifestata.

AD fidelium Dei servorum gloriam in terris manifestandam, unde cultus dominus maximè augeri, & frigescientia corda hominum ad vera pietatis opera, præclaris eorum exemplis inflammari, atque erigi possint, libenti & per vigili animo intendimus; quoniam Christum Dominum in sanctis ejus laudare jubemur. Hinc beatum Dei servum Franciscum Solanum ex ordine Fratrum Minorum, qui à regulari Observantia nuncupantur, Christianatum virtutum præstantia, & miraculorum numero illustrem natum, magnum populis, nostræ sollicitudini creditis, præsidium nos allatores putavimus, si eum solemni S. R. E. cæremonia hac die, in honorem beati Johannis Apostoli & Evangelistæ Deo sacra, sanctorum confessorum non pontificum canoni adscriberemus.

II.
Beati Francisci Solani
ortus, pia
educatio, vi-
taque reli-
giose insti-
tutio.

Montiliæ Hispaniæ Bætica oppido sub Ecclesia Cordubensi, quam complures Christi martyres nobilitarunt, Franciscus Solanus, voluntate martyr futurus, lucem vitalem adspexit vi. idus Martis anno reparata salutis M.DXLIX, ingenuis, piisque parentibus ortus, qui filium timorem Dei, virutesque, Christiano homine dignas, sollicite docendum curarunt, quibus ipse animo accensus, in Fratrum Minorum, qui à regulari Observantia nuncupantur, sacram familiam adolescentis cooptatus est. In ea miris & multis severioris disciplinæ, Christianæque humilitatis argumentis eluxit, diu noctuque divina pietatis, assiduaeque penitentia exercitus intentus, beatos etiam illos patres, Benedictum & Franciscum imitatus, qui se nudos inter pungentissimas spinas projecterunt, ut omnem vim fensum domarent. His, aliquisque præclaris animi dotibus ex eius admirando tenore vita identidem prodentibus, sacris ipse concionibus, quas ardentes caritas, ceteraque eximiae virtutes, in eo fulgentes, ornabunt, animas luxuriantes, Sancti elegium passim consecutus est, præsertim ubi ægri pueri corpulculum, torum ulceribus tecum, amotis linteis, lambens, sanitati restituit.

III.
Eius pietas
erga pestiferò
morbo tabe-
scentes.

Sed huc crudeli grassante in Hispania Bætica, maximam suam caritatem Dei famulus morbo pestifero tabescientibus patrefecit, ubi humano & spirituali solatio destitutis in tanta calamitate opem laturus, pereuntum animabus, corporibus que curändis, nulla mortis formidine territus, summam operam dedit; immo & ipse mortali contagione infectus, & manu Dei lopæ redditus, in pristino ministerio usque ad lethalis morbi finem se alactius exercere perrexit.

IV.
Magna ejus-
dem modestia & caritas
erga proximorum salu-
tem.

Per ora omnium Solani sanctitatis fama percrebente, vir modestissimus, qui Dei, non suam, gloriam quarebat, se ei clam subducere cogitavit. Quare martyri pro Christo subeundi percupidus, hanc sibi gratiam à majoribus dari humiliime flagitavit, ut in Africam, verbum Dei prædicaturus, trajiceret. Compos tamen voti nequaquam factus, hoc tandem obtinuit, ut ad remotissimos Indos evangelica doctrina imbuedos cum aliis verbi Dei præconibus navigaret. Animarum salutem multis, iisque gravissimis maris terræque periculis vir Dei præferens, non

A N N O
1726.

sine prodigio ad vineam, sibi à Dominō paratām laboriō excolendam cum sociis applicauit, utque oves errantes ex lupo fauibus eruptas summo pectori servaret, nullis incommodis & vigiliis pepercit. Alienas ærumnas suas ratus, Deique amore & proximiæ astuans, lingua gentium divinitus percepit, suavissimos sermones habens, Dei gratia id præstis, ut Barbati, deposita feritate, ad Solanum instruendi ultro & certatim accurrerent; unde factum, ut innumeram eorum multitudinem sacro fonte regeneraret, tanti apud omnes habitus, ut ipse ab iis facile obtineret quæ alias penarum metus & rigor extorquere non poterant. Quantum ejus præsentia, piisque sermonis vis apud Indos posset, tunc maxime patuit, quam multa milia infidelium, Christianis, de more, in Dominica passionis mysteriis recolendis feria v. in cena Domini sancte occupatis, cruentam cædem jam iam allatura, ipse Dei verbo exarmavit, diversæ ac sibi ignotæ linguae barbaros homines uno idioma allocutus, non solum pacem suaſit, sed ad Christi fidem supra novem milia convertit. Pervulgata Francisci fama, miris gestis identidem aucta, ipse ad latibula confugiens, eam declinare conabatur, nec nisi majorum imperio obtulerans, munera sibi imposta obivit, donec Liman, orbis Americani principem civitatem missus, incolarum animos ad penitentiam cohortatus, ni agat, alter Jonas extremam cladem interminatur. Nec mora, omnes ad seriam criminum suorum penitentiam agendam perdixit.

V.
Beatus Franciscus Solanus pè obit, miraculis clarer, & beatis adscribitur.

Interim summis pro Dei gloria amplificanda laboribus confessus, supræmæ vocationis diem sibi in nientem agnoscens, sanctissimis Ecclesiæ sacramentis muniri voluit, & pridie idus Julias Anno Christi Domini MDCX. in honorem beati Ecclesiæ Doctoris Bonaventurae, cuius patrocinio se olim addixerat, Deo sacra, manibus in crucis figuram compositis, pias orationes recitans, semperque in Domino fixus, in ecenobio Limano Sanctissimi Nominis Jesu expiravit. Francisci anima in celum recepta, saecræ ejus exuvias ante subnigræ, mox pulchre & candidæ apparuerunt, suavique odore pertulæ, undique ad eas venerandas concurrentibus populis, ejusque vestiæ particulas sibi pro saecris reliquis servandas parare contendebut. Solani postea virtutibus & miraculis omnium præconio ubique diffusis, & apud hanc sanctam Apostolicam Sedem probatis, pia memoria antecessor noster Clemens Papa X. nono Kalendas Februarias anno salutis MDCLXXV. Franciscum Solanum titu S. R. E. beatis adscripsit.

VI.
Sanctis ritu solemnii adnumeratur.

Postmodum vero per venerabiles fratres nostros Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinales novis miraculis, à tempore ejus beatificationis patratis, in præsentia nostra æque discussis, inque tribus consistoriis & plenario conventu eorumdem venerabilium fratrum S. R. E. Cardinalium, atque etiam Patriarcharum, Archiepiscoporum & Episcoporum nobiscum Roma præsentium rite perpenſis, unanimi eorumdem sententiæ per Sedis Apostolice Notarios coram nobis excepta, Regumque ac Principum Christianorum, totiusque ordinis Fratrum Minorum pro beato Francisco Solano in sanctorum confessorum non pontificum canonem referendo, precibus nobis enixa portatis, post tantæ rei perficienda solemnem diem indicatam, perque orationes, jejunia & eleemosynas omnipotens Dei opem ferventissime imploratam, demum universis, quæ ex antecessori nostrorum Romanorum Pontificum constitutionibus, & S. R. E. disciplina agenda erant, omni religione peractis, hac die in honorem beati Johannis Apostoli & Evangelistæ Deo sacra, una cum iisdem venerabilibus fratribus no-

stris S. R. E. Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis & Episcopis, ac utriusque cleri & populi frequentia in sacro sanctam basilicam Principis Apostolorum Deo supplicantes convenimus, ubi semel, iterum & tertio pro viro Dei Francisco Solano in sanctorum confessorum canonom referendo, per venerabilem fratrem nostrum Laurentium S. R. E. Episcopum Cardinalem Tusculanum, Cotinum nuncupatum, precibus repetitis, post decantatas sacras orationes, & Spiritus sancti gratiam humillimè invocatam, ad honorem sanctæ & individuæ Trinitatis, fidei Catholicae exaltationem, & Christiani nominis incrementum, auctoritate omnipotentis Dei, Patris, Filii & Spiritus sancti, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli, ac nostra, de eorumdem venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum & Episcoporum, nobiscum in plenario conventu basilicas Vaticanæ præsentum, consilio & unanimi consensu, beatum Franciscum Solanum Hispanum ordinis Fratrum Minorum, qui à regulari Observantia appellantur, de cuius sanctitate, fidei sinceritate & ceteratum virtutum & miraculorum excellentia plene constabat & constat, una cum beatis viris, perinde confessoribus non pontificibus, Peregrino Latioſi à Foro Livii ordinis Fratrum Servorum beatæ Mariae Virginis, & Johanne à Cruce ordinis Fratrum Excalceatorum beatæ Mariae Virginis à monte Carmelo, Sanctum esse definitivus, sanctorum confessorum non pontificum canoni adscribendum decrevimus & definitivus, prout præsentium tenore decernimus, definimus & adscribimus, eumdeinceps per omnes Christi fidèles, tamquam vero Sanctum, honorari mandavimus & mandamus, statuentes, ut ab Ecclesia universali in ejus honorem aedes sacræ & altaria, in quibus incruentum sacrificium Deo offeratur, construi possint, & quotannis pridie idus Julias, quo die ad celestem patriam evolavit, solemnia ejus natalitia, ut sancti confessoris non pontificis, celebrari possint.

Insuper eadem auctoritate, omnibus Christi fidelibus vere penitentibus & confessis, qui comedem solemni die natalicio in memoriam beati Francisci Solani quotannis ad sacras ejus exuvias venerandas accelerent, annum & quadragenam; is vero, qui in octava ejusdem festi, quadragesima dies de injunctis, seu quomodolibet eis debitis penitentis, misericorditer in Domino relaxavimus & relaxamus.

Potremo gratis Deo actis, quod Ecclesiam suam insigni hoc novoque luminarium illustrare voluerit, cantrata in honorem sanctorum Francisci Solani, Peregrini Latioſi & Johannis à Cruce solemni oratione, in ara maxima supra confessionem Principis Apostolorum sacrosanctum missæ sacrificium celebravimus cum ejusdem confessoris & ceterorum commemoratione, omnibusque Christi fidelibus tunc præsentibus plenariam omnium peccatorum indulgentiam concessimus.

Decet igitur, ut pro tam peculiari magnoque beneficio nobis concessio omnes benedicamus & glorificemus Deum Patrem, & bonorum omnium auctorem, cui est honor & gloria in secula, assiduis precibus ab eo flagitantes, ut per intercessionem electi sui Francisci Solani, à peccatis nostris indignationem suam avertens, ostendat nobis faciem misericordiae suæ, immittatque timorem sui super gentes, qua non cognoverunt eum, ut tandem cognoscant, quia non est alijs Deus, nisi Deus noster.

Ceterum quia difficile foret, præsentes nostras literas ad singula loca, ad quæ opus esset, adferri, volumus, ut earum exemplis, etiam impressis, manu publici notarii subseriptis, & sigillo aliquius personæ in dignitate ecclesiastica

con-

A N N O
1726.

VII.
Indulgentia,
ejus exuvias,
visitantibus
concella.

VIII.
Milia cele-
brata à Pon-
tifice in eis
honorem.

IX.
Deus glori-
ficandus ob-
beatum Fran-
solani.

X.
His literis
ubique fides
adhibeatur.

ANNO
1726.X I.
Nemo eas
infringere au-
get.6. Kal. Ja-
nuar. 1726.

constitutæ munitis, eadem ubique fides habeatur, que ipsis præsentibus adhiberetur, si es-
tent exhibita vel ostensa.

Nulli ergo omnino hominum licet hanc pa-
ginam nostræ definitionis, decreti, adscriptio-
nis, relationis, mandati, statuti, relaxationis
& voluntatis infringere, vel ei ausu remerario
contraire. Si quis autem hoc attentare præ-
sumperit, indignationem omnipotentis Dei,
ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se
noverit incursum.

Datum Roma apud sanctum Petrum Anno in-
carnationis Dominicæ millesimo septingentesimo
vicesimo sexto, vi. Kalendas Januarias, Pon-
tificatus nostri Anno tertio.

* Ego Benedictus Catholicæ
Ecclesiæ Episcopus.



† Ego Franciscus Episcopus Ostiensis Cardina-
lis Barberinus.

† Ego Petrus Episcopus Sabinensis Cardinalis
Otthobonus S. R. E. Vicecancellarius.

† Ego Laurentius Episcopus Tusculanus Cardi-
nalis Corfinius.

† Ego Joseph Renatus Tit. sancti Laurentii in
Lucina Presbyter Cardinalis Imperialis.

† Ego Philippus Antonius Tit. sancte Praxedis
Presbyter Cardinalis Gualterius.

† Ego Annibal Tit. sancti Clementis Presbyter
Cardinalis sancti Clementis Albanus S. R. E.
Camerarius.

† Ego Ludovicus Tit. sancti Silvestri in Capite
Presbyter Cardinalis Picus de Mirandula.

† Ego Joannes Antonius Tit. sancti Calixti Pres-
byter Cardinalis de Via.

† Ego Antonius Felix Tit. sancte Balbinæ Pres-
byter Cardinalis Zondadarius.

† Ego Petrus Tit. sancti Joannis ante Portam
Latinam Presbyter Cardinalis Corradinus.

† Ego Curtius Tit. sancti Eustachii Presbyter
Cardinalis Origus.

† Ego Melchior Tit. sancte Mariæ Angelorum
Presbyter Cardinalis de Polignac.

ANNO
1726.

† Ego Nicolaus Tit. sanctorum Nerei & Achil-
lei Presbyter Cardinalis Spinula.

† Ego Georgius Tit. sanctæ Agnetis Presbyter
Cardinalis Spinula.

† Ego Cornelius Tit. sancti Hieronymi Illyrico-
rum Presbyter Cardinalis Bentivolus de Ara-
gonia.

† Ego Ludovicus Tit. sanctæ Prisci Presbyter
Cardinalis Belluga & Moncada.

† Ego Joseph Tit. sancte Sufannæ Presbyter Car-
dinalis Peréyra de la Cerdá.

† Ego Alvarus Tit. sancti Bartholomai in Insula
Presbyter Cardinalis Cienfuegos.

† Ego Bernardus Maria Tit. sancti Bernardi ad
Thermas Presbyter Cardinalis de Comitibus,
major Penitentiarius.

† Ego Joannes Baptista Tit. sancti Matthæi in
Merulana Presbyter Cardinalis de Alteris.

† Ego Vincentius Tit. sancti Onuphrii Presbyter
Cardinalis Petra.

† Ego Prosper Tit. sancti Chrysogoni Presbyter
Cardinalis Marefuscius.

† Ego Nicolaus Tit. sanctæ Mariæ in Dominica
Presbyter Cardinalis Coscia.

† Ego Nicolaus Maria Tit. sanctorum Joannis
& Pauli Presbyter Cardinalis Lercarius.

† Ego Frater Laurentius Tit. sancti Laurentii in
Pane & Perna Presbyter Cardinalis Cardi-
nalis Cozza.

† Ego Benedictus sanctæ Mariæ in Via Iata Dia-
conus Cardinalis Pamphilus.

† Ego Laurentius sanctæ Agathæ ad Montes
Diaconus Cardinalis de Alteris.

† Ego Carolus sancti Angeli in Foro Piscium
Diaconus Cardinalis Columna.

† Ego Julius sancti Hadriani Diaconus Cardina-
lis Alberonus.

† Ego Alexander sanctæ Mariæ in Cosmedin
Diaconus Cardinalis Albanus.

† Ego Alexander sanctæ Mariæ de Scala Dia-
conus Cardinalis Falconerius.

† Ego Nicolaus sanctæ Mariæ ad Martyres Dia-
conus Cardinalis Judice.

P. Cardinalis Prodatarius.

Pro D. Cardinali Oliverio.

C. Archiepiscopus Emilianus.

V I S A.

De Curia J. Archiepiscopus Ancyranus.

L. Martinettus.

Registrata in Secretaria Brevium.

De